

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra an
cum uariis

Diuina eloquia cum legente crescunt. Nam quanto illa quisque altius intelligit, tanto in eis altius intendit. Vnde nec eleuantur rote, si non eleuantur animalia, quia nisi legencium mentes ad alta profecerint, diuina dicta uelut in ymis non intellecta iacerent. Cum enim legenti cuilibet scripture sacre sermo, si tepidus diuini eloquii sensus uidetur, eius mentem non excitat, et in cogitatione nullo intellectus lumine emicat.

Gregorius omelia VII. super Ezechielem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Scriptura sacra an] Scriptura sacra ar P V¹ V² L¹ L²; eloquia] colloquia P V¹ V² L¹ L²; quanto] tanto V² L¹ L²; intelligit] intendit M; tanto] quanto V² L¹ L²; in ymis] inimit M; iacerent] iacent P V¹ V² L¹ L²; intellectus] interius M P V¹ V² L¹ L²; emicat] rota ociosa et in terra est, quia animal non eleuatur a terra *add.* V² L¹ L²; VII.] VI. P V¹